



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Regvlarvm Vtrivsque Ivris Cvm Ampliationibvs Ac Limitationibvs**

**Dueñas, Pedro**

**Venetiis, 1566**

Regvla CLXXII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63232)

secundum Boe. in d. q. num. 2. & Bal. confi. 478. nu. 15. uol. 4. q. not.

2 Fallit 2. quando possessio alterius esset antiquior, quia titulus sibi in hoc non patrociniatur secundum Bal. in l. data opera in fine. C. ui accusa. Alexan. confi. 88. n. 12. uol. 5. Deci. confi. 303. nu. 9. & c. licet causam. n. 97. de pba.

3 Fallit hæc regula cæteris paribus, quia qui habet titulum uincit alios. secundum Bal. in l. si duo col. penult. ff. ui possidet. l. i. C. eo. tit. & idem Bal. in l. qui accusare. C. de edendo, nam ex titulo possessio præsumitur antiquior. secundum Bal. in l. post sententiam 2. col. C. de sent. Deci. in c. licet causam. nu. 100. de probat. & sic titulus administratur possessioni, & iustificat possessionem. secundum Bal. in l. ordinarii. C. de rei uendicat. & Bar. in l. si de eo. 6. fin. ff. de acqui. possession. q. not.

4 Titulus in iure multipliciter exponitur, secundum Lucam de Pen. in l. absit. nu. 3. usque 10. C. de priuil. do. Aug. lib. 11. & titulus per tempus probatur. tex. est melior in iure. in l. cum de in rem uerso. ff. de usuris. ibi longo tempore præstitisset. q. not.

### REGULA CLXXII.

1 Reconuentio an locum habeat coram arbitris necessariis ex forma partis 1555. & statuti. Tu teneres, q. sic per doctrinam Bar. in l. si. C. de iudic. eo quia arbitria sunt reducta ad instar iudiciorum, & Bar. in l. si quis maior. C. de transact. contra c. cum dilectus. de arbitris: attamen, tu conclude & tene partem negatiuam, stante maxime compromisso facto. in quo nil dictum fuit per partes de reconuentione. unde consulo sine pecunia, quod in compromisso adiiciatur & apponatur cum beneficio reconuentionis, & aliter non poteris uti beneficio conuersi seu reconuentionis, & fuit sing. doct. Ias. in l. est receptum in penult. col. in fine. nu. 13. ff. de iurisd. omn. iudic. eo quia iud. arbitri nullam habent, uel habere possunt auctoritatem imperium, seu notionem inter partes, nisi quantum eis a partibus est attributa secundum c. cum dilectus. de arbitris.

- 1 Amplia. regulam ut locum non habeat etiam in causa appellata, pro ut sp. in tit. de reconuentione. nu. 12. §. ut dicamus. uerfi. sed nunquid coram iud. appellat. Gual. q. 437. nu. 102. & idem sp. in tit. de appell. §. de officio ad quem appell. uerfi. sed nunquid in causa appellat.
- 2 Amplia. ut locū non habeat in iuditijs requirentibus iurē expeditionem, secundū Host. & Rom. sing. 781. & Soc. in c. cum dilecti de ord. cognit. & Feli. in c. 1. de mut. pet.
- 3 Amplia. ut non habeat locum in causis clericorum coram layco motis in causa spiritali. secundum Deci. in c. at si clerici de iudit. nu. 53. glo. in c. tuam. de ord. cognit. & 3. q. 8. c. cuius in agendo, Mar. Soc. in c. 1. de mut. pet. cum 10. limit.
- 4 Amplia. in omnibus causis fauorabilibus non habet locum reconuentionio ut in dote, libertate, & matrimonio. secundum Decium in d. c. At si clerici nu. 200. de iudit. c. si. de re iudica.
- 5 Amplia. ut non habeat locum coram arbitro electo de consensu utriusque par. secundum Bar. in auct. & consequentur in fine. C. de sententijs. & Abb. in c. i. col. 1. & post. de mut. pet. & Ias. in l. iij. in fi. ff. quod quisque iur.
- 6 Amplia. d. regulam & dic q̄ in causis executis non habet locum reconuentionio secundum Bal. in auct. & Bar. in d. auct. & consequentur col. iij. in fin. uerfi. quæro nunquid sp. in tit. de reconen. §. nunc dicamus. uerfi. sed quid si agebam, & idem Bal. in l. iij. in princ. not. C. qui ad lib. proclam. non lic.

#### REGULA CLXXIII.

- 1 Regulæ semper est standum donec probetur limitatio. c. ad decimas, de rest. spo. in 6. & lex quacunque. ff. si quis in ius uoc. non ier. & qui habent regulam pro se dicunt esse certi. ut l. omnis diffinitio. ff. de reg. iur. & Bar. in l. quotiens. ff. si quis caut. Dec. in c. in præsentia. nu. 55. de proba. & regularū una est permissiua, & altera prohibitiua in dubio præfertur prohibitiua secundum Alex. in l. si conuenerit. ff. de re iudicat.

AFFIR-